

P. 254

4.

1775, 14.

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
A N
C O L O N V S S V C C E S S O R I
I N C O N D V C T I O N E P R A E S T E T
D A M N V M F A T A L E

Q V A M
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G
P R O F E S S. P V B L I C. O R D I N A R. I V R. N A T. E T G E N T.
E T S O C I E T A T. L I T E R A R. D V I S B V R G E N S.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
D I E X X I I. S E P T E M B. A N N O C I S I O C C L X X V.
D E F E N D E T

I O A N N E S C A R O L V S O T T O
Q V E R F V R T H E N S. S A X O.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.



01829472

Литературна

VI

ПОЭЗИЯ ЗУКОРІ

ДІАЛОГИ МІЖ ДІВЧАТАМИ

СІМІННЯ

ДІАЛОГИ З НІКОЛАЕМ

ВІДВІДУ



A N
COLONVS SVCCESORI
IN CONDVCTIONE PRAESTET
DAMNVM FATALE

§. I.



Consensu contrahi locationem, quum alteri vel vsum concessuri sumus, vel operas praestituri pretio interueniente certo atque determinato in pecunia, satis cognita sunt. Interdum vero ipse, qui fundum rusticum conduxit, quamuis et recte conductor dicatur, proprio tamen nomine *colonus* appellatur, vt, qui urbani fundi conductor est, *inquilinus* audit. Praeterea ergo in locatione rerum, cum operarum locatione enim nihil nobis in praesenti themate negotii est, dominus rei, seu locator vsum rei locatae conductori. Opus itaque, vt ipsam rem locatam tradat, quo vt ea conductor possit: quae quidem traditio non ad essentiam contractus, sed ad adimplectionem illius pertinet, neque ius in re operatur, sed salsem personale, cum locatio vsum tantum concedendi causa, haud vero dominii transferendi ergo initur. Quamecumque vero utilitatem ex conductione secundum indolem inicii contractus percipit conductor, hanc absque dubio suam facit. Sic colonus, qui agros conduxit, quaecunque sibi colendo arua colligit frumenta, sua facit, nunquam vero ex traditione ius in ipsos agros sibi acquirit. Quae cum ita sint, omnino locator te-



netur quoque efficere, quo habere possit conductor vsum
vtilitatemque rei conductae, quare et conductori actio con-
ducti datur contra locatorem, teste **VLPIANO** in *L. 15. §.
1. π. locat. cond.* si scilicet *re*, quam *conduxit*, *frui ei non li-
cuerit.*

§. II.

Neque dubitandum est, quin locator damnum sentiat,
quod casu contingit. Sed duplex iam est tractatio. Vel
enim contingit damnum in ipsa re locata casu fortuito, vel
in vtilitatis perceptione sola. De eo tantum damno dici-
mus, quem nulla humana prouidentia auertere potuit: si
enim de eo quaestio damno, quod culpa conductoris in re
conducta datur, si vel gratis vel media eidem imputari possit
negligentia, non est ambigendum, ipsum conductorem te-
neri. Damnum ergo in ipsa re locata conductae contin-
gens casu ex legum auctoritate sentit dominus, quae regula
h ud fallit, si locator non sit dominus, ut in sublocatione,
nihilominus tamen casum sentit dominus. At si de damno fa-
tali in vtilitate perperio sermo erit, vriue quaerendum est,
quis hoc sentiat damnum. Nemo rectius decidit hanc qua-
stionem, quam **SERVIVS SVLPICIVS** apud **VLPIA-
NVM** in *L. 15. §. 2. π. locat. cond.* Ait: *Si vis tempestatis
calamitosae contigerit: an locator conductori aliquid praeflare
debeat, videamus.* Servius omnem vim, cui resisti non potest,
dominum colono praeflare debere ait: *vt puta fluminum, gracu-
lorum, sturnorum et si quid simile acciderit, aut si incurfus ho-
fium fiat.* Quomodo per graculos et sturnos fatale damnum
dari possit, non vrgeo, exposuit iam **CVIACIVS** *Obseruat.
XV c. 25. BELLONIVS* in *Ornitholog. L. VI. c. 7. et ME-
NAGIVS* *Amoenit. Iur. civil. cap. XXXVIII.* Nec accu-
sem **VLPIANVM**, quod sibi contrarius in *c. l. 15. §. 5.* vbi
dicitur: *Cum quidam de fructuum exiguitate quereretur,
non esse rationem eius habendam, rescripto Divi Antonini conti-
netur.*

netur. Quis enim non videt, exiguitatem fructuum, non de eorum paucitate, sed potius de tenuitate esse intelligendam, quod contra eos, qui sibi Domitium contradicentem finge- bant, iam monuit BYNKERSHOEK Obseru. Iur. Civil. L. II. cap. XIII.

§. III.

Quamvis vero SERVIVS omnem vim, cui resisti non potuit, alleget, videtur tamen CAIVS in L. 25. §. 6. π. Locat. cond. rem exactius definire. Ait: *Vis maior, quam Graeci Θεὸς βιαν, i. e. vim diuinam appellant, non debet conductori damnoſa eſſe; ſi plus quam tolerabile eſt, laeti fuerint fru- dius: alioquin modicum dannum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferatur.* Non ergo omnis vis, cui resisti nequit, cauſam habet, vt indemnis fiat conductor, ſed ſi plus quam tolerabile eſt, quod ex illa vi patitur, da- mnum. Nec in hac quaefione ratio habenda illius, quod intereſt; ſed mercedis tantum remiſſio conductori obtingit, et eſt in eam rem testis VLPIANVS in L. 15. §. 7. π. loc. cond. Scribit: *Vbicunque tamen remiſſionis ratio habetur ex cauſis ſupra relatis: non id, quod ſua intereſt, conductor confe- quatur, ſed mercedis exoneracionem pro rata.* Supra denique dannum ſeminis ad colonum pertinere declaratur. Iniustum vi- debatur Romanis, vt conductor mercedem folueret pro rei vſu, cuius vſum ob fatalem caſum haud perceperebat. Ne- que hoc ſemper ita illis viſum fuīt, ſed voluere etiam annos vberatatis ſuo modo compensari cum anno sterilitatis. Ita VLP- PIANVS cit. L. §. 4. teſtatur: *Si uno anno remiſſionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde ſequentibus annis contigit vberitas: nihil obesse domino remiſſionem; ſed integrum penſio- nem etiam eius anni, quo remiſit, exigendam; et paucis inter- poſitis: Sed et ſi verbo donationis dominus ob sterilitatem anni re- miſerit: idem erit dicendum; quaſi non fit donatio, ſed tra- nſa- diō.* Ignorat vero accuſatiōrem Ius Romanum definitio-



nem ipsius damni, quantum scilicet esse debet, si remissio mercedis sequi possit. Videtur ergo arbitrio iudicis magis reliquise, nisi ex VLPIANI in cit. l. 15. §. 2. verbis: sed *labes facta sit, omnemque fraudum tulerit: damnum coloni non esse: ne supra damnum seminis amissi mercedes agri praestare cogatur: concludere velimus, totale requiri damnum, si colono merces remittenda, i. e. ut plane nullam habuerit utilitatem.*

§. IV.

Quicquid vero Ius Romanum disponat, antequam ad illud veniamus: in lite decidenda videndum prius, quid inter partes conuentione definitum determinatumue sit. Quod si enim contractui adiectum sit pactum, quod determinet, quis ferre debeat damnum fatale, absque dubio omni iure standum erit pacto. Consentit VLPIANVS in L. 9. §. 2. π. locat. cond. Sed Saxonum ius, si pacto nihil definitum conuentione, vberius clariusque item definiuit, neque soli iudicis arbitrio amplius reliquit. Notanda est Decis. Elect. d. An. 1746 eaque XX. quae ita sanciuit: *Daferne wegen der Unglücks - Fülle, in einem Pacht - Contracte nichts bedungen worden, soll der Verpachter dem Pächter einen Remiss zu thun anderer gestallt nichts schuldig seyn, als wenn der Verlust die Helfte des jährlichen Pachtgeldes übersteiget, anf welchen Fall Verpachter den Schaden zur Helfte zu übertragen hat, und ist hierbey auf die vergangenen oder noch rückständigen Jahre einiges Absehen nicht zu richten. Nihil ergo compensationis annorum vbertatis et sterilitatis. Sed haec clara.*

§. V.

Veniamus ergo ad causam ipsam, quae dubitandi litigandique occasionem praebuit. Species facti haec est. Titius locauerat fundum rusticum Caio ad sex annos a festo Iohannis inchoandos, cumque agros cultos et satos tradidisset Caio, conuentio simul inita, vt finita locatione conductione agros satos atque cultos redderet ad modum eum, quo



quo eos traditos a locatore acceperat. Finita vero locatio-
ne, seu eo tempore, quo a conductione recedendum ipse
erat conductori ad rectum iustumque modum arua colit ster-
corando, semina terrae mandando omniaque obseruando, ad
quae ex conuentione contractui adiecta tenebatur, ut redde-
re posset agros ita cultos, qualiter acceperat. At ante fe-
stum Ioannis, a quo nouus conductor seu colonus fundum
traditum accipiebat, cum prior colonus adhuc fundum tene-
ret, factum est, ut ingenti tempestate exorta grauiori gran-
dine de coelo decidente omnia frumenta perirent ipseque
alter colonus agros quasi non cultos traditos acciperet. No-
uus ergo colonus, Sempronium dicamus a priori Caio re-
stitutionem damni, seu mercedis praenumeratae exigebat,
quippe remissio danda, cum totale damnum in messe patere-
tur Sempronius. Quaesitum: an Caius teneatur de damno
illo fatali.

§. VI.

Evidem cultos promiserat et frugibus obsitos reddere
agros colonus Caius, qui tamen agri nudi iam ob tempesta-
tis vim tradendi, non ergo promissioni stare videtur, qui
non in eum modum praefstat, quem promisit, ut ergo con-
cludi posse videatur, Caium Sempronio fore obligatum,
maxime cum Caio licitum sit, a locatore Titio mercedis par-
tem tanquam indebita solutam repetere argumento L. 19. §.
6. π. locat. cond.

§. VII.

Sed secundum ea, quae proposita sunt, Caius nun-
quam, nisi culpam commiserit, vel conuentione sese obliga-
uerit, de futura messe nouo colono tenebitur. Promiserat
quidem Caius, se agros cultos finita locatione restituturum.
At quis negat, promissis eundem satisfecisse? Colendo enim
et semina terrae mandando obligationi fecerat satis. Creue-
rant frumenta; et sic ad amplius quid non tenebatur. Et quan-
quam



quam tempore, quo tempestate perirent, adhuc possideret Caius, tamen cum messem haud expectaret, tempesta ipsi periculo esse non poterat. Et denique, quo iure eslet Sempronio obligatus de damno restituendo, cum quo plane ipsi nullum erat negotium. Licet enim Sempronio fundum tradideret, traditumque ipse acciperet; tamen Sempronius magis in praesenti specie videbatur Titii nomine accipere fundum, a quo ipsi fundus tradendus erat, vbi prius Titio eundem Caius tradiderat. Iam vero a Titio nihil repetere poterat damni restituendi praetextu, quippe eadem conditione cultos acceperat agros, sive primi anni messem perceperat ex agris, quos antecessor vel ipse locator iam cultos tradiderat. Fecerat itaque sex messes ad sex annos locationis, et cum de septima messa, quae Sempronii prima futura, nihil sperare poterat, immunis utique esse debet Caius a restituendo damno. Quapropter, si tantus sit frumentorum interitus, ut mercedis remissionem possit exigere, neque conuentio in contrarium obicit, Sempronius potius a Titio mercedis remissionem petet: hic enim ex legum autoritate tenetur praestare mercedis remissionem conductori nouo. Promiserat agros cultos futuramque messem; tempesta causa est, quominus messem ex agris habere possit, ita dubium non videtur, Sempronium per remissionem mercedis pro parte indemnem a Titio esse praestandum. Secus vero si ab antecessore commissa culpa in colendis agris, tunc dubitandum non est, ob culpam eundem Caium de restituendo damno teneri.



(leipzig) Diss., 1775 A(1)



Sb

KD18

B.I.G.

Black

White
3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13



4.
1775, 14.
Q V A E S T I O
IVRIS C O N T R O V E R S I
AN
C O L O N V S S V C C E S S O R I
I N C O N D V C T I O N E P R A E S T E T
D A M N V M F A T A L E
Q V A M
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E
D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G
P R O F E S S. P U B L I C. O R D I N A R. I V R. N A T. E T G E N T.
E T S O C I E T A T. L I T E R A R. D V I S B V R G E N S.
S O C I O
I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
D I E X X I I. S E P T E M B. A N N O C I C I D C C G L X X Y.
D E F E N D E T
I O A N N E S C A R O L V S O T T O
Q V E R F V R T H E N S. S A X O.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

